Hactenꝰ exequuti capita ꝓpoſita. h ipſas longinq̃s expaciatio nes ſequẽter introducamꝰ Veſputij / ſingulorꝝ factorꝝ exitũ circa inſtitutũ tradentes,

Finis introductionis.

# Quattuor Americi veſpu-
tij Nauigationes.

## Phileſius Vogeſigena
Lectori.

Rura papirifero qua florent pinguia Syro
Et faciunt Lunę magna fluenta lacus
A dextris montes ſunt Ius/Danchis/quoq; Maſcha
Illorum Aethiopes inferiora tenent
Aphrica conſurgit quibus e regionibus aura.
Afflans cum Libico feruida regna Notho.
Ex alia populo Vulturnus parte calenti:
Indica veloci per freta calle venit.
Subiacet hic ęquo noctis Taprobana circo
Baſſaq; Praſodo cernitur ipſa ſalo
Aethiopes extra terra eſt Baſſamq; marinam
Non nota e tabulis o Ptholomęe tuis.
Cornigeri Zenit tropici cui cernitur hirci
Atq; comes multę funditor ipſius aquę.
Dextrorſum immenſo tellus iacet ęquore cincta
Tellus/quam recolit nuda caterua virum
Hanc quem clara ſuum iactat Luſitania regem
Inuenit miſſa per vada claſſe maris.
Sed quid plura? ſitum/gentis moreſq; repertę
Americi parua mole libellus habet.
Candide ſyncero voluas hunc pectore lector
Et lege non naſum Rhinocerontis habens

Item diſtichon ad eundem

Cum noua delectent fama teſtante loquaci
Quę recreare queunt. hic noua lector habes.

Nilus.
Lacus Lunę.
Ius.
Dãchis
Maſca.
Aethiopes.
Aphricus.
Libonothus.
Vulturnus.
Taprobana.
Mare Praſo
Pars aphricę inuenta.
Amerigę

D

# Anteloquium

## Eius qui ſubſequentē terra/rum deſcriptionē de vulgari Gallico in Latinū tranſtulit Decaſti/chon ad lectorem.

Aſpicies tenuem quiſquis fortaſſe logiam
Nauigium memorat pagina noſtra placens.
Continet inuentas oras/genteſq; recenter
Letificare ſua quę nouitate quęant.
Hęc erat altiloquo prouincia danda Maroni
Qui daret excelſę verba polita rei.
Ille quot ambiuit freta cantat Troius heros.
Sic tua Veſputi vela canenda forent.
Has igitur lectu terras viſurus/in illis
Materiam libra: non facientis opus.

## Illuſtriſſimo Renato Hieru/ſalem ꝛ Sicilię regi/duci Lotboringię ac Barrī. Americus Veſputius hu/milē reuerentiā ꝛ debitā recōmendationē.

Fieri poteſt illuſtriſſime Rex
vt tua maieſtas: mea iſta temeritate ducat̄ in admira
tionē: ꝓpterea qḋ haſce litteras tam ꝓlixas ad te ſcri/
bere nō ſubuerear/cū tamē ſciā te cōtinuo in arduis
ꝯſilijs et crebris reipublicę negocijs occupatiſſimū.
Atq; exiſtimabor forte nō modo pręſumptuoſus/ſed
etiā ocioſus: id mihi muneris vendicans/vt res ſta/
tui tuo minꝰ ꝯuenientes. nō delectabili ſed barbaro ꝓrſus ſtilo (ve
luti amuſus ab humanitatis cultu alienꝰ) ad Fernādū Caſtilię
regē noīatim ſcriptas/ad te quoq; mittā. Sed ea quā in tuas vir
tutes habeo cōfidentia/et cōperta ſequentiū rerū neq; ab antiq̄s
neq; neotericis ſcriptaꝝ veritas me corā. t. M. fortaſſis excuſabūt
Mouit me impͥmis ad ſcribendū pręſentiū lator Beneuenutus.
M. t. humilis famulus/et amicus meꝰ nō poenitēdus/qui dum
me Liſbonę reperiret: precatus eſt vt. t. M. rex per me quattuor

ꝑfectionib⁹:in diuerſis plagis mūdi viſaꝝ/particiꝑē facere vellē.
Peregi em̄ bis binas nauigationes:ad nouas terras inuenien/
das:quarū duas ex mādato Fernādi inclyti regis Caſtilie:ꝑ ma/
gnū oceani ſinū occidentē ꝟſus ſoeci/ alteras duas iuſſu Ema/
nuelis Luſitanie regis ad Auſtrū.Itaq; me ad id negocij accin/
xi:ſperās.q̄.t.M.me de clientuloꝝ numero non excludet:vbi re/
cordabit̄ q̄ olim mutuā habuerim⁹ inter nos amiciciā:tēpore iu/
uentutis noſtre:cū grāmatice rudimēta imbibētes:ſub ꝓbata vi
ta et doctrina venerabilis ⁊ religioſi fratris de.S.Marco Fra.
Georgij Anthonij Veſputij auunculi mei pariter militaremus.
Cui⁹ auunculi veſtigia vtinā ſequi potuiſſem/alius ꝑfecto) vt et
ipſe Petrarcha ait) eſſem q̄ ſum.Vtcūq; tamē ſit/ non me pudet
eſſe qui ſum.Semꝑ em̄ in ipſa virtute et rebus ſtudioſis ſūmaꝫ
habui delectationē/Qd̄ ſi tibi he narratiōes omnino nō placue/
rint:dicam ſicut Plini⁹ ad Mecenatē ſcribit.Olim facetijs me/
is delectari ſolebas.Et licet.M.t.ſine fine in reipublice negocijs
occupata ſit/nihilominus tantū tēporis quādoq; ſuffuraberis/vt
has res q̄uis ridiculas(que tamē ſua nouitate iuuabūt) pellege
re poſſis.Habebis em̄ hiſce meis litterꝭ poſt curaꝝ fomēta ⁊ me
dicamēta negocioꝝ nō modicā delectationē/ſicut et ipē foenicul⁹
prius ſumptis eſculentis odorē dare et meliorē digeſtionē facere
aſueuit.Em̄ vero ſi plus equo ꝓlixus fuero/veniā peto. Vale.

Inclytiſſime rex ſciat.t.M.qd̄ ad has ipſas regiōes mercandi
cauſa primū venerim.Dūq; ꝑ q̄drennij reuolutionē i eis rebus
negocioſus eēm ⁊ varias fortune mutatōes animaduerterē/atq;
viderē:q̄ pacto caduca ⁊ trāſitoria bona.hoīem ad tēpus in rote
ſūmo tenerēt/⁊ deinde ipm̄ p̄cipitarēt ad imū:qui ſe poſſidere mul
ta dicere poterat:cōſtitui mecū varijs taliū rerū caſibus exancla/
tis iſtiuſmodi negocia dimittere/et meoꝝ laboꝝ finē in res lauda
biliores ac plus ſtabiles ponere.Ita diſpoſui me ad varias mū
di ꝑtes ↄtēplandas:⁊ diuerſas res mirabiles vidēdas.Ad quam
rē ſe et tēpus et locus oportune obtulit.Ipe em̄ Caſtilie rex Fer
nādus tūc q̄ttuor parabat naues:ad terras nouas occidētē ꝟſus
diſcooꝑiendas:cui⁹ celſitudo me ad talia inueſtigāda in ipam ſo
cietatē elegit.Et ſoluim⁹ vigeſima die Maij.Mcccc.xcvij.ē por
tu Calicie:iter noſtꝝ ꝑ magnū oceani ſinū capientes.in qua pro/

fectione.xviij.conſumauim⁹ menſes/multas inuenientes terras firmas/Et inſulas pene innũerabiles vt plurimũ habitatas: q̃ꝝ maiores noſtri mentionẽ nullã foecerũt.Unde ⁊ ipſos antiquos talium nõ habuiſſe noticiã credimus.Et niſi memoria me fallat memini me in aliquo legere/qd̉ mare vacuũ et ſine hominib⁹ eſſe tenuerint. Cuius opiniõis ipſe Dantes Poeta noſter fuit/ vbi duo deuigeſimo capite/de inferis loquens.Uliſſis mortem confingit.Que autem mirabilia viderim/in ſequentium proceſſu.L.M.intelliget.

# Terrarũ inſularumqꝫ variarum

Deſcriptio:quaꝝ vetuſti nõ meminerunt autores.Nuper ab anno incarnati dñi.M.cccc xcvij.bis geminis nauigationibus in mari diſcurſis/inuentaꝝ:duabus videlicet in mari occidentali:ꝑ dñm Fernandũ Caſtilię/reliquis vero duabus in Auſtrali ponto:per dominũ Emanuelẽ Portugallię sereniſſimos reges/Americo Ueſpucio vno ex Naucleris nauiũcꝫ pręfectis pręcipuo:ſubſequentẽ ad pręfatũ dominũ Fernandũ Caſtillię regem/de huiuſmodi terris et inſulis edente narrationem.

ANno domini.M.CCCCxcvij.xx.menſis Maij die.nos cum.iiij.conſeruantię nauib⁹.Caliciũ exeuntes portũ/ ad inſulas (olim fortunatas/ nũc vero magnam Canariam dictas) in fine occidentis habitati poſitas in tercio climate:ſuꝑ quo/ extra horizontẽ eaꝝ/ſe.xxvij.gradibus cũ duobus tercijs/ſeptẽtrionalis eleuat polus/diſtanteſcꝫ ab hac ciuitate Liſbona.in qua conſcriptũ extitit hoc pręſens opuſculum.cc.lxxx.leucis.vento inter meridiem et Lebecciũ ventũ ſpirãte/ curſu primo pertigimus.Ubi(nobis de lignis/aqua/cęteriſcꝫ neceſſarijs prouidendo)conſumptis octo fere dieb⁹ nos(facta in primis ad deũ oratione)eleuatis dehinc vento traditis velis/nauigationem noſtram per Ponentẽ incipiẽtes:ſumpta vna Lebeccij q̃rta:tali nauigio trãſcurrimus.vt.xxvij.vix elapſis diebus terrę cuidã applicaremus:quã firmã fore ex̃iſtimauimus.Diſtatcꝫ Canarię magnę ab inſulis.M.(vel circiter)leucis.extra id quod in zona to

rida habitatū eſt. Quod ex eo nobis cōſtitit: ꝙ Septemtrionalē
polū extra huiuſcemodi telluris horizontē: xvi. gradibus ſe eleua-
re/magiſqꝫ occidentalē: lxxv. q̄ꝫ magnę Canarię inſulas gradib⁹
exiſtere cōſpeximus: ꝑut inſtrumēta omnia monſtrabant. Quo
in loco (iactis de prora anchoris) claſſem noſtrā/leuca a littore cū
media diſtantē/reſtare coegim⁹: nōnullis ſolutis phaſelis armis
et gente ſtipatis/cū quibus ipm vſqꝫ ad littus attigim⁹. Quo q̄ꝫ
primū ꝑuenimus: gentē nudam ſecundū littus euntē innumerā
percępimus. Unde nō paruo affecti fuimus gaudio. Omnes em̄
qui nudi incedere conſpiciebant: videbantur quoqꝫ propter nos
ſtupefacti vehementer eſſe. Ex eo (vt arbitror) ꝙ veſtitos/alterius
qꝫ effigiei q̄ꝫ forēt/nos eſſe intuiti ſunt. Hij poſtq̄ꝫ nos aduenıſſe
cognouerunt/omnes in propinquū montē quendā aufugerūt: a
quo tunc nec nutib⁹ nec ſignis pacis et amicicię vllis/vt ad nos
accederēt allici potuerūt. Irruēte vero interea nocte. nos claſſem
noſtrā male tuto in loco (vbi nulla marinas aduerſus procellas
tuta reſidentia foret) conſidere timentes. ꝯuenimus vna/vt hinc
(mane facto) diſcederemus. exquirerem⁹qꝫ portū quempiam/vbi
noſtras ſtatione in tuta collocaremus naues. Qua deliberatiōe
arrepta/nos vento ſecundū collem ſpiranti traditis velis/poſtq̄ꝫ
(viſu terram ipſam ſequendo/atqꝫ ipſo plagę in littore/gentes cō
tinue percipiendo) duos integros nauigauimus dies. locū naui-
bus ſatis aptum comperimus. In quo media tantū leuca diſtan
tes ab arida conſtitimus. vidimuſqꝫ tunc inibi innumerabilem
gentiū turbam/quā nos cominus inſpicere/et alloqui deſideran-
tes. ipſamet die littori cū cymbis ⁊ nauiculis noſtris appropiaui
mus. necnō et tunc in terram exiuimus/ordine pulchro. xl. circiter
viri huiuſcemodi gente ſe tamen a nobis ⁊ conſortio noſtro peni
tus alienā prębente. Ita vt nullis eā modis ad colloquiū cōmu-
nicationēue noſtrā allicere valuerimus. pręter ex illis paucos/q̄s
multos poſt labores ob hoc ſuſceptos/tandē attraximus ad nos
dando eis nolas/ſpecl'a/certos criſtallinos aliaqꝫ ſimilia leuia/q̄
tum ſecuri de nobis effecti/conciliatū nobiſcū/necnō de pace et a-
micicia tractatū venerūt. Subeunte aūt interim nocte nos ab il
lis noſmet expedientes (relictis eis) noſtras regreſſi ſumus ad na
ues. Poſtea vero ſubſequentis ſummo diluculo diei/infinitā in
littore viroꝝ et mulierē paruulos ſuos ſecum vectantiū gentē rur

ſum cōſpeximus: cognouimusqꝫ multitudinē illā ſupꝑellectilē ſuā
ſecū deferre totā/qualē infra ſuo locū dicetur. Quoꝝ ꝙ plures ꝙ
plurimū terrę appropiauimus ſemet in ęquor ꝓijciētes (cū maxi-
mi natatores exiſtēt) quātus eſt baliſtę iactus nobis venerunt na
tantes obuiā/ſuſceperūtqꝫ nos humaniter: atqꝫ ea ſecuritate ⁊ cō
fidentia: ſeipſos inter nos cōmiſcuerūt/ ac ſi nobiſcū diutiꝰ antea
cōueniſſent et pariter frequentius practicauiſſent: ꝑ qua re tunc ꝑ
paꝝ oblectati fuimꝰ. De quoꝝ moribꝰ (q̄les eos hr̄e vidimus) hic/
quā quidē ſe cōmoditas offert/interdū etiā interſerimus.

## De moribus ac eorum viuendi modis.

QUantum ad vitam eorūqꝫ
mores oēs: tam mares ꝙ foeminę: nudi penitꝰ ince-
dūt: tectis nō aliter verēdis ꝙ cū ex vtero ꝓdierunt.
Hij mediocris exiſtentes ſtaturę: multū bene ꝓpor
cionati ſunt: quoꝝ caro ad rufedinē (veluti leonum
pili) vergit: qui ſi veſtimētis operti mearēt: albi (cre-
do) tanꝙ nos extarēt. Nullos habēt in corꝑe pilos p̄terꝙ crines
quos ꝓceros nigreſcētesqꝫ gerūt/et p̄ſertim foeminę: quę ꝓpterea
ſunt tali lōgo nigroqꝫ crine decorę. Vultu nō multū ſpecioſi ſunt
qm̄ latas facies tartarijs adſimulatas hn̄t: nullos ſibi ſinūt in ſu
percilijs oculorūue palpebris ac corꝑe toto (crinibus demptis)
excreſcere villos/ob id qđ habitos ī corꝑe pilos/quid beſtiale bru
taleqꝫ reputāt. Oēs tam viri ꝙ mulieres ſiue meādo ſiue curren
do: leues admodū atqꝫ veloces exiſtunt: qm̄ (vt frequēter experti
fuimus) ipſę etiā mulieres, vnā aut duas ꝑcurrere leucas: nihili pu
tant/et in hoc nos chriſticolas multū p̄cellunt. Mirabiliter ac vl-
tra ꝙ ſit credibile natāt: multo quoqꝫ melius foeminę ꝙ maſculi
qđ frequenti experimēto didicimus. cū ipſas etiā foeminas omni
prorſus ſuſtentamine deficiētes: duas in ęquore leucas pernatare
perſpeximus: Arma eoꝝ arcus ſunt et ſagittę/quas multū ſub-
tiliter fabricare norūt. Ferro metalliſqꝫ alijs carent: ſed ꝓ ferro be
ſtiarū piſciūue dentibꝰ ſuas ſagittas armāt/quas etiā (vt fortio-
res exiſtāt) vna quoqꝫ ſepe p̄eurūt. Sagittarij ſūt certiſſimi. Ita
vt quicquid voluerint iaculis ſuis feriant: nōnulliſqꝫ in locis mu

lieres quoqꝫ optime ſagittatrices extant. Alia etiā arma habēt ve
luti lanceas preacuta ſiue ſudes necnō ⁊ clauas capita mirifice la
borata habētes. Pugnare potiſſimū aſſueti ſunt: aduerſus ſuos
alienigene lingue ꝯfines: ꝯtra quos nullis parcendo (niſi vt eos
ad acriora tormenta reſeruent) multū crudeliter dimicant. Et cū
in prelium properant ſuas ſecum vxores (non belligeraturas/ſed
eorum poſt eos neceſſaria perlaturas) ducunt/ob id ꝙ ſola ex eis
mulier tergo ſibi plus imponere poſſit et deinde.xxx.xl. ve leucis
ſubuehere (prout ipſi ſepe vidimus) q̄ꝫ vir (etiam validus) a ter/
ra leuare queat. Nulla belli capita nulloſue prefectos habēt/quin
ymmo (cum eorum quilibet ex ſe dominus extet) nullo ſeruato
ordine meant. Nulla regnandi dominiūue ſuum extendendi aut
alterius inordinate cupiditatis gratia pugnant: ſed veterem ſo/
lum ob inimiciciam in illis ab antiquo inſitam: cuiuſquidem ini
micicie cauſam interrogati: nullā aliam indicant: niſi vt ſuorum
mortes vendicent anteceſſorum. Hec gens ſua in libertate viuēs
nulliqꝫ obediens: nec regem nec dominum habet. Ad prelium au
tem ſe potiſſimū animant ⁊ accingunt: cum eorum hoſtes ex eis
quempiā aut captiuū detinent aut interemerunt. Tunc enī eiuſ/
dem captiui interemptiue conſanguineus ſenior quiſq̄ꝫ exurgēs
exit cito in plateas et vicos paſſim clamitans inuitanſqꝫ omnes
et ſuadens vt cum eo in prelium: conſanguinei ſui necem vindi/
caturi properent: qui omnes compaſſione moti: mox ad pugnā
ſe accingunt atqꝫ repente in ſuos inimicos irruunt. Nulla iura:
nullamue iuſticiam ſeruant: malefactores ſuos nequaquam pu
niūt: quinymmo nec parētes ipſi paruulos ſuos edocent aut cor
ripiunt. Mirabiliter eos inter ſeſe conqueſtionari nonnunq̄ꝫ vi/
dimus. Simplices in loquela ſe oſtentant: verum callidi multū
atqꝫ aſtuti ſunt. Perraro: et ſummiſſa voce loquūtur: eiſdem qui
bus vtimur accentibus vtentes. Suas vt plurimum voces in/
ter dentes et labra formantes: aliīs vtunt̄ vocabulis q̄ꝫ nos. Ho
rum plurime ſunt ydiomatum varietates: quoniā a centenario
leucarum in centenariū diuerſitatē linguarum ſe mutuo nullate/
nus intelligentium reperimus. Cōmeſſandi modū valde barba/
rum retinent: nec quidem notatis manducāt horis/ſed ſiue nocte
ſiue die quotiens edendi libido ſuadet. Solo māducantes accū
bunt: ⁊ nulla mātilia nullaue gauſapa (cū lineamentis panniſqꝫ

aliĳs (careant) habent. Epulas ſuas atqꝫ cibaria in vaſcula terrea
que ipſimet confingūt / aut in medias cucurbitaꝝ teſtas ponūt:
In retiaculis quibuſdā magnis ex bombice factis et in aere ſu-
ſpenſis dormitāt. qui modus q̄uis inſolitus et aſperior fortaſſis
videri queat / ego nihilominus talē dormitandi modū. ſuauē plu-
rimū iudico. Etem̄ cū in eiſdem eoꝝ retiaculis mihi plerūqꝫ dor-
mitaſſe cōtigerit / in illis mihimetipſi melius q̄ in tapetibꝰ quas
habebamus eſſe perſenſi. Corpore valde mūdi ſunt et expoliti / ex
eo q̄ ſeipſos frequentiſſime lauant. Et cū egeſtum ire (quod ſalua
dixerim reuerentia) coacti ſunt / omni conamine nitunt̄. vt a nemi-
ne ꝓſpici poſſint. qui quidē in hoc quanto honeſti ſunt. tāto in di-
mittenda vrina ſe immūdos inuerecūdoſqꝫ. tam mares q̄ foemi-
ne prebent. cū ſiquidē illos nobiſcū loquentes et corā poſitos. ſu-
am impudiciſſime vrinā ſepius emiſiſſe perſpexerimus. Nullam
legē. nullū legitimū thori foedus in ſuis cōnubiĳs obſeruāt. quin
ymmo quotquot mulieres quiſqꝫ cōcupiſcit / tot habere / et deinde
illas q̄ncunqꝫ volet (abſqꝫ hoc q̄ id pro iniuria aut opprobrio ha-
beant) repudiare poteſt. Et in hac re vtiqꝫ tam viri q̄ mulieres
eadē libertate fruuntur. Zeloſi parū / libidinoſi vero plurimum
exiſtant: magiſqꝫ foemine q̄ maſculi. quarū artificia vt inſatiabili
ſue ſatiſfaciant libidini. hic honeſtatis gratia ſubticēda cenſuimꝰ
Que ipſe in generandis paruulis foecunde admodū ſūt. neqꝫ dū
grauide effecte ſunt. penas aut labores euitant. Leuiſſimo mini-
moqꝫ dolore pariunt. Ita in craſtinū alacres ſanateqꝫ vbiqꝫ am-
bulent. preſertimqꝫ poſt partū in flumē quodpiā ſeſe ablutum va-
dunt tūqꝫ ſane mundateqꝫ inde (veluti piſcis) apparent. Crudeli-
tati aūt ac odio maligno adeo dedite ſunt / vt ſi illas ſui forſitā ex-
acerbauerint viri / ſubito certū quoddā efficiunt maleficium: cum
quo pre ingenti ira. proprios fetus in proprĳs vteris necant abor-
tiuntqꝫ deinde: cuius rei occaſione. infiniti eoꝝ paruuli pereunt.
Venuſto et eleganti ꝓportiōe. compacto corpe ſunt. Ita vt in illis
quicquā deforme nullo inſpici modo poſſit. Et quāuis diſnude
ambulēt. inter foemina tamē eaꝝ pudibunda ſic honeſte repoſita
ſūt. vt nullatenus videri queant. preterquā regiuncula illa anteri-
or. quā verecundiore vocabulo pectuſculū imum vocamus. quod
et in illis vtiqꝫ nō aliter q̄ honeſte natura ipſa videndū reliquit.
Sed et hoc nec quidē curant. quoniā vt paucis expediā. nō magꝭ

in ſuoꝝ viſione pudendoꝝ mouentur: q̄ nos in oris noſtri aut
vultus oſtentatioe. Admirandā per valde rem ducerent mulierē
in eis mamillas pulpaſue laxas aut ventrē rugatū ob nimiū par/
tum habentē: cū omnes eque integre ac ſolide poſt partū ſemper
appareāt ac ſi nunq̄ peperiſſent: Me quidē ſe noſtri cupientiſſi
mas eſſe monſtrabāt. Neminē in hac gente legē aliquā obſeruare
vidimus: nec quidē iudei aut Mauri nūcupari ſolide queunt/cū
ipſis gentilib⁹ aut paganis multo deteriores ſint. Etem nō per/
ſenſimus ꝙ ſacrificia vlla faciant. aut ꝙ loca orationiſue domos
aliquas habeāt: hoꝝ vitam (que omnino voluptuoſa eſt) Epicu/
ream exiſtimo: illoꝝ habitatiões ſingul' ipſis ſunt cōmunes. Ipe
q̄ illoꝝ domus campanaꝝ inſtar conſtructe ſunt firmiter ex ma/
gnis arborib⁹ ſolidate: palmaꝝ folijs deſup contecte. et aduerſus
ventos et tēpeſtates tutiſſime: nōnulliſq̄ in locis tam magne. vt
in illaꝝ vnica ſexcentas eſſe pſonas inuenerim⁹. Inter quas octo
populoſiſſimas eſſe cōperimus: ſic vt in eis eſſent habitarētq̄ pa
riter animaꝝ decē milia. Octennio quolibet aut ſeptennio ſuas
ſedes habitatiõeſue tranſferūt: qui ei⁹ rei cauſam interrogati na/
turale reſponſum dederūt: dicentes ꝙ phebi vehemētis eſtus oc
caſione hoc facerent: ob id ꝙ ex illoꝝ longiore in eodē loco reſiden
tia aer infectus corruptuſq̄ redderetur: que res in eoꝝ corporib⁹
varias cauſaret egritudines: que quidē eoꝝ ratio nō male ſumpta
nobis viſa eſt. Eoꝝ diuitie ſunt varioꝝ coloꝝ auiū plume aut in
modū lapilloꝝ illoꝝ quos vulgariter pater noſter vocitamus: la/
mine ſiue calculi quos ex piſcium oſſibus lapilliſue viridib⁹ aut
candidis faciunt. et hos ornatus gratia ſibi ad genas labia vel au
res ſuſpendunt. Alia quoq̄ ſimilia futilia ⁊ leuia pro diuitijs ha
bent: que nos omnino parui pēdebamus. Cōmutationibus aut
mercimonijs in vendendo aut emendo nullis vtuntur: quib⁹ ſa/
tis eſt quod natura ſponte ſua propinat. Aurum vniones iocalia
ceteraq̄ ſimilia que in hac Europa ꝓ diuitijs habem⁹ nihil eſti/
mant imo penitus ſpernunt nec habere curant. In dādo ſic na/
turaliter liberaliſſimi ſūt: vt nihil quod ab eis expetatur abnegēt
Et queadmodū in dando liberales ſunt ſic in petendo et accipien
do cupidiſſimi poſtq̄ ſe cuiquā amicos exhibuerint. Maximum
potiſſimūq̄ amicicie ſue ſignū in hoc perhibēt: ꝙ tam vxores q̄
filias proprias amicis ſuis ꝓ libito habēdas offerūt: in qua re pa

rens vterqꝫ ſe longe honoratũ iri exiſtimat:cũ natã eius etſi vir‑
ginẽ ad cõcubitũ ſuũ quiſpiam dignat̃ et abducit/ et in hoc ſuam
inter ſe amiciciã potiſſimũ conciliant. Varijs in eoꝝ deceſſu mul
tiſqꝫ modis exequijs vtunt̃. Porro ſuos nõnulli defunctos in hu
mo cũ aqua ſepeliunt et inhumant:illis ad caput victualia ponẽ
tes:quibus eos poſſe veſci et alimentari putãt:nullũ deinde pro‑
pter eos aliũ planctũ aut alias cerimonias efficiẽtes. Alij quibuſ‑
dam in locis barbariſſimo atqꝫ inhumaniſſimo ſepeliendi vtũtur
modo. Quippe cũ eoꝝ quẽpiam mortis momento ꝓximum autu
mant/ illũ eius propinquiores in ſiluam ingentẽ quandã deferũt
vbi eum in bombiceis retiaculis illis in quibꝰ dormitant impoſi
tum et recumbentẽ ad duas arbores in aera ſuſpendunt/ ac poſt
modũ ductis circa eum ſic ſuſpẽſum vna tota die choreis:irruen
te interim nocte ei aquã victũqꝫ aliũ ex quo quattuor aut circiter
dies viuere queat ad caput apponũt:et deinde ſic inibi ſolo pen
dente relicto ad ſuas habitatiões redeunt:quibꝰ ita pactis ſi iſdẽ
egrotus poſtea mãducet et bibat ac inde ad cõualeſcentiã ſanita‑
temqꝫ redeat et ad habitationẽ ꝓpriam remeet:illũ eius affines
ac ꝓpinqui/ cũ maximis ſuſcipiunt cerimonijs. At perpauci ſũt
qui tam grande pꝛetereant periculũ:cũ eos ibidẽ nemo poſtea vi
ſitet:qui ſi tunc inibi forſan decedunt nullã aliã habent poſtea ſe‑
pulturã. Alios quoqꝫ complures barbaros habẽt ritus q̃s euitã‑
de ꝓlixitatis hic omittimꝰ gratia. Diuerſis varijſqꝫ medicami‑
nibus in ſuis morbis et egritudinibus vtuntur:que ſic a noſtris
diſcrepãt et diſcõueniunt vt miraremur haud parũ:qualiter inde
quis euadere poſſet. Nempe vt frequẽti didicimꝰ experiẽtia:cum
eoꝝ quẽpiam febricitare contigerit:hora qua febris eũ aſperiꝰ in
quietat ipſm in frigentiſſimã aquã imergũt et balneãt:poſtmodũ‑
qꝫ ꝑ duas horas circa ignẽ validũ (donec plurimũ caleſcat) curre
re et recurrere cogũt:⁊ poſtremo ad dormiendũ deferunt:quo qui
dem medicamẽto cõplures eoꝝ ſanitati reſtitui vidimus. Dietis
etiã (quibꝰ tribꝰ quattuorue diebus abſqꝫ cibo et potu ꝑſiſtunt)
frequẽtiſſimis vtunt̃. Sanguinẽ quoqꝫ ſibi perſepe cominuunt
nõ in brachijs (ſalua ala) ſed in lumbis et tibiaꝝ pulpis. Seipos
etiã ad vomitũ cũ certis herbis quas in ore deferũt medicaminis
gratia plerũqꝫ ꝓuocant:et multis alijs remedijs antidotiſqꝫ vtũt̃
que longũ dinumerare foret. Multo ſanguine multoqꝫ flegmati

co humore habundāt cibarioꝝ ſuoꝝ occaſiōe: que ex radicibus fructibꝰ/herbis/variiſqꝫ piſcibus faciūt. Omni farris granorū/ qꝫ alioꝝ ſemine caret. Cōmunis ꝟo coꝝ paſtus ſiue victus arborea radix quedā eſt: quā in farrinā ſatis bonā cōminuūt/ et hanc radicē quidā coꝝ iucha alij cambi alij ꝟo ygnami vocitant. Alijs carnibꝰ p̄terqꝫ hoīm perraro veſcunt/in quibuſquidē hominum carnibꝰ vorādis ſic inhumani ſunt ⁊ imāſueti: vt in hoc omnem feralē omnēue beſtialē modū ſupent. Oīes eīn hoſtes ſuos q̄s aut perimūt aut captos detinēt tam viros q̄ꝫ foeminas indiſtincte cū ea feritate degluciūt. vt nihil ferū nihilue brutū magis dici vel inſpici queat: quoſquidē ſic eferos īmaneſqꝫ fore/ varijs in locis mihi frequētius ꝯtigit aſpexiſſe: mirātibꝰ illis ꝙ inimicos noſtros ſic quoqꝫ nequaquā māducaremꝰ. Et hoc ꝓ certo maieſtas veſtra regia teneat. Eoꝝ ꝯſuetudines (quas plurimas habēt) ſic barbare ſunt: vt hic nūc ſufficiēter ſatꝫ enarrari nō valeāt. Et qm̄ in meis hiſce bis geminis nauigatiōibꝰ/tam varia diuerſaqꝫ: ac tam a nr̄is rebꝰ et modis differētia ꝑſpexi: idcirco libellū quēpiam (quē q̄ttuor dietas ſiue q̄ttuor nauigatiōes appello) cōſcribere parauī cōſcripſiqꝫ/in quo maiorē rerū a me viſaꝝ partē diſtincte ſatꝫ iuxta ingenioli mei tenuitatē collegi. Uerūtamen non adhuc publicaui. In illo vero qm̄ omnia particulariter magis ac ſingillatim tangentur. idcirco vniuerſalia hic ſolūmodo proſequens: ad nauigationem noſtram priorem perficiendam: a qua pauliſper digreſſus fueram iam redeo.

In hoc nauigij noſtri primordio notabil' cōmoditatis res/nō vidimꝰ: idcirco (vt opinor) ꝙ eorum linguā nō capiebamꝰ: p̄terqꝫ nōnullā auri denotantiā/qđ nōnulla indicia in tellure illa eſſe mōſtrabāt. Heccine ꝟo tellus q̄ ad ſui ſitum poſitionēqꝫ tā bona eſt vt vix melior eſſe q̄at. Cōcordauimꝰ aūt vt illā derelinquētes longiꝰ nauigationē ꝑduceremus. Qua vnanimitate ſuſcepta/nos dehinc aridā ipam collateraliter ſemꝑ ſectātes: necnō gyros multos ſcalaſqꝫ plures circūeūtes ⁊ interim cū mltis varijſqꝫ locoꝝ illoꝝ incolis ꝯferentiā hn̄tes/tandē certo poſt aliq̄t dies portui cuidā applicuimꝰ/ in q̄ nos grādi a pericl'o altitono ſpiritui cōplacuit eripe. Hunc cū primū intrauimꝰ īmo cū primū introgreſſi fuimꝰ: populationē vnā coꝝ: hoc eſt pagū aut villā ſuper

aquas (vt Venetię) poſitā cōperimꝰ. in q̄ua ingentes .xx. edes aut
circiter erant in modū campanaꝝ vt prętactū eſt effectę atqꝫ ſuper
ligneis vallis ſolidis ⁊ fortibus firmiter fundatę/ prę quaꝝ porti-
cibus leuaticij pontes porrecti erant. ꝑ quos ab altera ad alteraꝫ
tanqꝫ ꝑ cōpactiſſimā ſtratā trāſitus erat. Igiť hmōi populatiōis
incolę q̄ꝫ primū nos intuitu ita ſunt magno ꝓpter nos timore affe-
cti ſunt/ q̄ꝫobrem ſuos ꝯfeſtim pontes oēs ꝯtra nos eleuauerunt
et ſeſe deinde in ſuis domibus abdiderūt. Quā rem ꝓſpectātibꝰ
nobis et haud parū admirātibus. ecce duodecim eoꝝ lintres vel
circiter: ſingulas ex ſolo arboris caudice cauatas (quo nauiū ge-
nere vtunť) ad nos interim per ęquor aduētare conſpeximꝰ. quoꝝ
naucleri effigiē noſtrā habitūqꝫ mirantes. ac ſeſe circū nos vndi-
qꝫ recūferentes nos eminus aſpiciebāt. Quos nos quoqꝫ ex ad-
uerſo ꝓſpiciētes: plurima eis amicicię ſigna dedimus/ quibꝰ eos/
vt ad nos intrepidi accederēt/ exhortabamur/ qđ tn̄ efficere ꝯtēpſe-
runt. Quā rem nobis ꝑcipientibꝰ mox ad eos remigare incępi-
mus/ qui nequaqꝫ nos ꝑſtolati ſunt: quinymmo omēs ꝯfeſtim in
terrā fugerūt datis nobis interim ſignis vt illos pauliſper expe-
ctaremus. Ipſi enī extēplo reuerſuri forent: Tūqꝫ in montē quen-
dam ꝓperauerūt/ a quo eductis bis octo iuuēculis et in lintribꝰ
ſuis ꝑfatis vna ſecū aſſumptis: mox verſus nos regreſſi ſūt. Et
poſt hęc ex iuuēculis ipſis quattuor in ſingulis nauiū noſtraꝝ po-
ſuerūt/ quē faciēdi modū nos haud parū admirati tūc fuimus/ ꝓ-
ut veſtra ſatis ꝑpendere poteſt maieſtas. Cęterumqꝫ cum lintri-
bus ſuis pręmiſſis inter nos naueſqꝫ noſtras cōmixti ſunt ⁊ no-
biſcū ſic pacifice locuti ſunt: vt illos amicos noſtros fideliſſimos
eſſe reputaremꝰ. Interea ꝟo ecce quoqꝫ ex domibꝰ eoꝝ prememo-
ratis: gens nō modica ꝑ mare natitans aduentare cępit: quibus
ita aduenientibꝰ et nauibus nr̄is iam appropinq̄re incipientibus:
nec tn̄ ꝓinde mali quicq̄ꝫ adhuc ſuſpicaremur. rurſum ad earun-
dem domoꝝ eoꝝ fores/ vetulas nōnullas cōſpeximus. quę imma-
niter vociferātes et coelū magnis clamoribꝰ implentes ſibimet in
magne anxietatis indiciū ꝓprios euellebāt capillos: quę res ma-
gnā mali ſuſpectionē nobis tūc attulit. Tūqꝫ ſubito factum eſt: vt
iuuēculę illę quas in noſtris impoſuerāt nauibꝰ: mox in mare ꝓ-
ſilirēt: ac illi qui in lintribꝰ erāt ſeſe a nobis elongātes mox contra
nos arcus ſuos intenderēt noſqꝫ duriſſime ſagittarēt. Qui ꝟo a

domibus ꝑ mare natantes adueniebāt.ſinguli latantes inter vndis
lanceas ferebāt ex quibꝰ eoꝝ ꝓditionē cognouimus.Et tū non ſo
lū noſmet magnanimiter defendere/ veꝝ etiā illos grauiter offen-
dere incepimꝰ. Ita vt plures eoꝝ phaſellos cū ſtrage eoꝝ nō par
ua ꝑfregerimꝰ et penitus in ponto ſubmerſerimꝰ. ꝓpter quod reli
quis faſelis ſuis cū damno eoꝝ maximo relictis ꝑ mare natātes
omnes in terrā fugerūt.interemptis ex eis.xx.vel circiter/vulnera
tis ṽo pluribꝰ ⁊ ex noſtris quinqꝫ dūtaxat leſis.qui oēs ex dei gra
tia incolumitati reſtituti ſunt.Cōprehendimus aūt ⁊ tūc ex pręta
ctis iuuenculis duas ⁊ viros tres ac dehinc domos eoꝝ viſitaui
mus et in illas introiuimꝰ.veꝝ in eis quicquā (niſi vetulas du-
as et egrotantē virū vnicū)nō inuenimꝰ.quaſquidē eoꝝ domos
igni ſuccēdere nō voluimꝰ:ob id ꝙ ꝯſciētie ſcrupulū hoc ipm eſſe
formidabamꝰ.Poſt hęc autē ad naues nr̄as cū p̄tactis captiuis
quinqꝫ remeauimꝰ.⁊ eoſdē captiuos/p̄terqꝫ iuuēculas ipas/in cō
pedibus ferreis alligauimꝰ.Eędē ṽo iuuēculę captiuoꝝqꝫ viroꝝ
vnus ꝑuenienti nocte a nobis ſubtiliſſime euaſerunt. His itaqꝫ
peractis ſequēti die cōcordauimꝰ:vt relicto portu illo longius ſe-
cundū collem ꝓcederemꝰ.percurſiſqꝫ.lxxx.fere leucis gentē aliam
quandā cōperimus lingua ⁊ ꝯuerſatiōe penitꝰ a priore diuerſam.
Cōuenimuſqꝫ vt claſſem inibi noſtrā anchorarem/ et deinde in
terrā ipſam cū nauiculis nr̄is accederemꝰ.Vidimꝰ aūt tūc ad lit-
tus in plaga gentiū turbā.iiij.M.ꝑſonaꝝ vel circiter exiſtere.qui
cū nos appropiare ꝑſenſerūt nequaqꝫ nos p̄ſtolati ſunt.quinym-
mo cūctis quę habebāt relictis oēs in ſiluas ⁊ nemora diffugerūt.
Tum ṽo in terrā ꝓſilientes:et viā vnā in ſiluas tendentē/ qꝫtus ē
baliſtę iactus/ꝑambulātes mox tentoria plura inuenimus.q̄ ibi-
dem ad piſcandū gens illa tetenderat/et in illis copioſos ad de-
coquēdas epulas ſuas ignes accēderat:ac ꝑfeco beſtias ⁊ plures
variaꝝ ſpecieꝝ piſces iā aſſabat.Vidimus autē inibi certū aſſari
animal qđ erat (demptis alis quibꝰ carebat) ſerpenti ſimilimum
tanqꝫ brutū ac ſilueſtre apparebat:vt eius nō modicū miraremur
feritatē.Nobis ṽo ꝑ eadē tentoria lōgius ꝓgredie̅tibꝰ.plurimos
huiuſcemodi ſerpētes viuos inuenimꝰ.qui ligatis pedibꝰ ora qꝫ
finibꝰ ligata ne eadē aperire poſſent habebāt/ꝑut de canibus aut
feris aliis ne mordere queāt effici ſolet.Aſpectū tam ferū eadem
pręſe ferūt aīalia.vt nos illa venenoſa putātes nullatenꝰ audere/

mus contingere. Capreolis in magnitudine/brachio vero cū me-
dio in longitudine equalia ſunt. Pedes lōgos materialeſqꝫ mul-
tum ac fortibus vngulis armatos:necnon et diſcolorem pellē di-
uerſiſſimam habent/roſtrumqꝫ ac faciem veri ſerpentis geſtant:
a quorum naribus vſqꝫ ad extremam caudam/ſeta quedā per ter-
gum ſic protenditur:vt animalia illa veros ſerpentes eſſe iudica-
remus/et nihilominus eis gens prefata veſcitur. Panem ſuum
gens eadem ex piſcibus quos in mari piſcantur efficiunt. Primū
enim piſciculos ipſos inferuent aqua aliquantiſper excoquunt.
Deinde vero contundunt et compiſtant et in panes conglutinād
quos ſuper prunas inſuper torrent et tandem inde poſtea mādu-
cant/hoſquidem panes probantes q̃ bonos eſſe reperimus. Alia
quoqꝫ q̃multa eſculentia cibabariaqꝫ tam in fructibus q̃ in va-
rijs radicibus retinent:que longum enumerare foret. Cum autē
a ſiluis ad quas aufugerant non redirent:nihil de rebus eorū (vt
amplius de nobis ſecuri fierent) auferre voluimus:quinymmo in
eiſdem eorum tentorijs/per multa de reculis noſtris in locis que
perpendere poſſent derelinquētes/ad naues noſtras ſub noctem
repedauimus. Sequenti vero die cum exoriri titan inciperet:in-
finitam in littore gentem exiſtere percepimus:ad quos in terram
tunc acceſſimus. Et q̃uis ſe noſtri timidos oſtenderent:ſeipſos
tamē inter nos permiſcuerūt et nobiſcū practicare ac conuerſari
cū ſecuritate ceperūt:amicos noſtros ſe plurimū fore perſimulan-
tes/inſinuāteſqꝫ illic habitationes eoꝝ nō eſſe/verū ꝙ piſcādi gra-
tia aduenerāt. Et idcirco rogitātes vt ad eoꝝ pagos cū eis acce-
deremꝰ:ipi etenī nos tanq̃ amicos recipe vellent/et hāc quidē de
nobis cōceperāt amiciciā/captiuoꝝ duoꝝ illoꝝ (quos tenebamꝰ)
occaſiōe/qui eoꝝ inimici erāt. Viſa aūt eoꝝ magna rogādi impor-
tunitate:cōcordauimꝰ.xxiij.ex nobis cū illis in bono apꝑatu cum
ſtabili mēte (ſi cogeret neceſſitas) omēs ſtrenue mori. Cū itaqꝫ no-
biſcū ꝑ tres extitiſſent dies et tres cū eis ꝑ plagā terrāqꝫ illam exti-
tiſſemus leucas/ad pagū vnū nouē dūtaxat domoꝝ venimꝰ/vbi
cū tot tanqꝫ barbaris cerimonijs ab eis ſuſcepti fuimꝰ:vt ſcribe-
re penna nō valeat/vtputa cū choreis et canticis ac plāctibus hi-
laritate et leticia mixtis/necnō cum ferculis cibarijſqꝫ multis. Et
ibidē nocte illa requieuimus:vbi ꝓprias vxores ſuas nobis cum
omni ꝓdigalitate obtulerūt/que quidē nos ſic importune ſolicita

bant/vt vix eiſdem reſiſtere ſufficerem⁹/ poſtq̄ aūt illic nocte vna
cū media die ꝑſtitimus/ingēs admirabiliſq; populus abſq; cun-
ctatiōe ſtuporeq; ad nos inſpiciēdos aduenit:quoꝝ ſeniores nos
quoq; rogabāt:vt ſecū ad alios eoꝝ pagos (qui longius in terra
erant) cōmearem⁹/quod et quidē annuim⁹. Hic dictu facile non
eſt/q̄ntos ipſi nobis impenderūt honores. Fuim⁹ aūt apd' q̄ mul-
tas eoꝝ populatiōes/ꝑ integros nouē dies cū ipſis euntes:ob qđ
nobis nr̄i qui in nauib⁹ remanſerāt retulerunt ſocij/ſe idcirco ple
rūq; in anxietate timoreq; nō minimo extitiſſe. Nobis aūt bis no
uem leucis aut circiter in eoꝝ terra exiſtētib⁹:ad naues nr̄as repe
dare ꝓpoſuim⁹. Et quidē nr̄o in regreſſu tā copioſa ex eis viroꝝ
ac mulieꝝ multitudo accurrit:qui nos vſq; ad mare ꝓſecuti ſunt
vt hoc ipm̄ mirabile foret: Cūq; noſtri quēpiā ex itinere fatigatū
iri cōtingeret/ipſi nos ſubleuabāt ⁊ in ſuis retiaculis in quib⁹ dor
mitāt ſtudioſiſſime ſubuehebāt. In tranſitu quoq; fluminū que
apud eos plurima ſūt et maxima/ſic nos cū ſuis artificijs ſecure
tranſmittebāt/vt nulla vſq; pericula ꝑtimeſcerim⁹. Plurimi etiā
eoꝝ nos comitabant̄ rerū ſuaꝝ onuſti/quas nobis dederāt: illas
retiaculis illis quib⁹ dormiūt vectātes/plumaria videlicet ꝑ̄ditia
necnō arcus multos/ſagittaſq; multas/ac infinitos diuerſorum
coloꝝ pſitacos. Alij quoq; cōplures ſuppellectilē ſuā totā ferētes
animalia etiā ſua ducebāt. Et quiddā admirabile dicam/q̄ is for
tunatū ſe foeliceq; putabat:q̄ in trāſmeādis aq̄s nos in collo dor
ſoue ſuo trāſuectare poterat. Quāprimū aūt ad mare ꝑtigim⁹ et
faſelos nr̄os ꝯſcēdere voluim⁹ in ipo faſeloꝝ nr̄oꝝ aſcenſu/tanta
ipoꝝ nos cōmitātiū ⁊ nobiſcū aſcēdere ꝯcertantiū ac naues nr̄as
videre ꝯcupiſcētiū ꝑſſura fuit:vt nr̄i idē faſeli pene p̄ pondere ſub
mergerent̄. In ipis aūt nr̄is eiſdē faſelis recepim⁹ ex eis quotq̄t
potuim⁹:ac eos ad naues nr̄as vſq; ꝑduxim⁹. Tāti etiā illoꝝ per
mare natātes ⁊ vna nos ꝯcomitātes aduenerūt:vt tot aduentare
moleſtiuſcule ferrem⁹. Cū ſiq̄dē plures q̄ mille in nr̄as naues li-
cet nudi ⁊ inermes introiuiſſent/appatū artificiūq; nr̄m/ necnō ⁊
nauiū ipaꝝ magnitudinē mirātes. Aſt tūc quiddā riſu dignū ac-
cidit. Nā cū machinaꝝ tormētorūq; bellicoꝝ nr̄oꝝ q̄dā exonerare
ꝯcupem⁹:⁊ ꝓpter h̄ (impoſito igne) machine ipe horridiſſime tonu
iſſent:ps illoꝝ maxia (audito huiuſcemodi tonitruo) ſeſe in mare
natitās precipitauit/veluti ſolite ſunt rane in ripa ſidentes:que ſi

foꝛtaſſis tumultuoſum quicquã audiũt.ſeſe in pꝛofundũ luti latita-
tur ⁊ imergũt.queadmodũ et gens illa tũc fecerũt.illiq; eoꝝ q̇ ad
naues aufugerãt.ſic tũc pterriti fuerũt vt nos facti nr̃i noſmet re
pꝛehenderim⁹.Verũ illos moꝛ ſecuros eſſe fecim⁹:nec ampli⁹ ſtu-
pidos eſſe pmiſimus.inſinuãtes eis ꝙ cũ talibus armis hoſtes
nr̃os perimerem⁹.Poſtq̃ aũt illos illa tota die in nauib⁹ noſtris
feſtiue tractauimus.ipos a nobis abituros eſſe monuim⁹.qm̃ ſe-
quẽti nocte nos abhinc abſcedere cupiebam⁹.Quo audito/ ipſi
cũ ſumma amicicia beneuolẽtiaq; moꝛa nobis egreſſi ſunt. In
hac gente eoꝛũq; terra q̃mmultos eoꝝ ritus vidi cognouiq;.in qui
bus hic diutius imoꝛari nõ cupio.Cũ poſtea noſſe veſtra queat
maieſtas.qualiter in quauis nauigationũ haꝝ meaꝝ magis ad-
mirãda annotatuq; digniora cõſcripſerim/ac in libellũ vnũ ſtilo
Geographico collegerim.quẽ libellũ quattuoꝛ dietas intitulaui.⁊
in quo ſingula particulariter et minutim notaui.ſed hactenus a
me nõ emiſi.ob id ꝙ illũ adhuc reuiſere collationareq; mihi neceſ
ſe eſt:Terra illa gente multa populoſa eſt ac multis diuerſiſq; ani
malib⁹ et nr̃is pauciſſime ſimilib⁹ vndiq; denſiſſima. Demptis
leonibus vrſis ceruis ſuibus capꝛeoliſq; et dãmis.que et quidẽ
defoꝛmitatẽ quandã a noſtris retinẽt.Equis ac mulis aſiniſq; et
canibus ac om̃i minuto pecoꝛe(vt ſunt oues et ſimilia) necnõ et
vaccinis armẽtis penit⁹ carent/verũtamẽ alijs q̃mplurimis vario
rum generũ aĩalibus(que nõ facile dixerim) habũdantes ſunt/ta
men oĩa ſilueſtria ſũt quib⁹ in ſuis agẽdis minime vtunt̃. Quid
plura:Aũ tot tãtiſq; diuerſoꝝ modoꝝ ac coloꝝ pennarũq; aliti-
bus fecundi ſunt/vt id ſit viſu enarratuq; mirabile.Regio ſiqui-
dem illa multũ amena fructiferaq; eſt/ſiluis ac nemoꝛibus maxi
mis plena.q̃ om̃i tp̃e virẽt nec eoꝝ vnq̃ folia fluũt.Fruct⁹ etiã in
nũerabiles ⁊ nr̃is oĩno diſſiles hñt.Haeccine tell⁹ in toꝛrida zona
ſita eſt directe ſb̃ paralello q̇ cãcri tropicũ deſcribit.vñ polus oꝛi-
zont̃ eiuſdẽ ſe.xxiij.gdib⁹ eleuat in fine climat̃ ſecũdi. Nob autẽ
inibi exiſtẽtib⁹ nos ꝯteplatũ pp̃ls mult⁹ aduenit.effigiẽ albedinẽq;
nr̃am mirãtes.q̃b⁹ vñ venirem⁹ ſciſcitãtib⁹.e coelo inuiſende ter-
re gr̃a nos deſcẽdiſſe reſpõdim⁹/qđ et vtiq; ipi credebãt. In hac
tellure baptiſteria fonteſue ſacros plureſ inſtituim⁹.in quib⁹ eoꝝ
infiniti ſeipos baptiſari fecerũt.ſe eoꝝ lingua charaibi h̃ eſt ma-
gne ſapiẽtie viros vocãtes. Et pꝛouincia ipſa Parias ab ipis nun-

cupata eſt. Poſtea aūt portū illū terrāq; derelinq̄ntes ac ſcōni col
lem trāſnauigātes et terrā ipſam viſu ſemꝑ ſequentes. Dccc.lxx.
leucas a portu illo percurrimꝰ: faciētes gyros circuituſq; interim
multos ⁊ cū gentibus multis cōuerſantes practitanteſq;. Ubi in
pleriſq; locis aurum (ſed nō in grādi copia) emimꝰ cum nobis ter
ras illas reꝑire: et ſi in eis aurū foret tūc ſufficeret cognoſcere. Et
quia tūc .xiij. iam mēſibus in nauigatiōe nr̄a perſtiteramꝰ ⁊ naua
lia nr̄a apparatuſq; nr̄i toti pene cōſumpti erant hoīeſq; labore ꝑ
fracti. Cōem inť nos de reſtaurādis nauiculis nr̄is q̄ aquā vndiq;
recipiebāt ⁊ repetūda Hiſpania inimimꝰ ꝯcordiā: in qua dū perſi
ſteremus vnanimitate, ꝓpe portū vnū eramus totius orbis opti-
mū: in quem cū nauibus noſtris introeuntes: gentē ibidē infini-
tam inuenimus que nos cum magna ſuſcepit amicicia. In terra
aūt illa nauiculā vnā cū reliquis nauiculis noſtris ac dolijs no-
uam fabricauimꝰ / ipſaſq; machinas nr̄as ac tormēta bellica que
in aquis vndiq; pene peribāt in terrā ſuſcepimus: noſtraſq; na-
ues ab eis exonerauimus et poſt hec in terrā traximꝰ et refecimꝰ
correximuſq; ⁊ penitus reꝑauimꝰ. In qua re eiuſdē telluris inco-
le non paruū nobis adiuuamē exhibuere. equo animo nobis de
ſuis victualibꝰ ex affectu largiti ſpōte ſua fuere / ꝓpter quod inibi
ꝑpauca de nr̄is ꝯſumpſimꝰ: quā quidē rem ingenti ꝓ beneplaci-
to duximꝰ: cū ſatis tenuia tūc teneremꝰ: cū quibus Hyſpaniā no
ſtram nō (niſi indigentes) repetere potuiſſemꝰ. In portu aūt illo.
xxxvij. diebus ꝑſtitimus. frequentius ad populatiōes eoꝝ cū eis
euntes: vbi ſinguli nobis nō paruū exhibebāt honorē. Nobis au
tem portū eundē exire et nauigationē noſtrā reflectere cōcupiſcen
tibus: cōqueſti ſunt illi gentē quandā valde ferocē et eis infeſtam
exiſtere / qui certo anni tꝑe ꝑ viam maris in ipſam coꝝ terram per
inſidias ingreſſi nūc ꝓditorie / nūc ꝑ vim q̄ꝫ multos coꝝ interime-
rent manducarentq; deinde. Alios ꝟo in ſuā terrā ſuaſq; domos
captiuatos ducerēt. ꝯtra quos ipi ſe vix defēdere poſſent: nob in-
ſinuātes gentē illā quandā inhabitare inſulā: que in mari leucis
centū aut circiter erat. Quā rem ipſi nobis cum tanto affectu ac
querimonia cōmemorauerūt: vt eis ex cōdolētia magna credere-
mus ꝓmitteremuſq; vt de tātis eos vindicaremus iniurijs / pro
pter quod illi letantes nō parum effecti / ſeſe nobiſcum venturos
ſponte ſua ꝓpria obtulerunt. quod plures ob cauſas acceptare re-

cuſauimus:demptis ſeptem quos data conditione recepim⁹ vt
ſoli in ſuis lintribus in propria remearēt/ quoniā reducendoꝝ eo
rum curā ſuſcipere nequaquā intendebamus:cui conditioni ipſi
ꝙgratanter acquieuerunt.Et ita illos amicos noſtros plurimuz
effectos derelinquētes ab eis abceſſimus. Reſtauratis aūt repa
ratiſq; naualibus noſtris/ſeptē ꝑ gyrū maris (vento inter grecū
et leuantē nos ducente) nauigauimus dies.Poſt quos plurimis
obuiauim⁹ inſulis:quaꝝ quidē alię habitatę alię ꝓo deſertę erāt.
Harū igitur vni tandē appropinquātes ⁊ naues nr̄as inibi ſiſte
re facientes/vidimus ibidē ꝙmaximū gentis aceruum:qui inſu-
lam illam Ity nuncuparent:quibus ꝓſpectis et nauiculis phaſe
liſq; nr̄is viris validis et machinis tribus ſtipatis terrę eidē vici
nius appropinquātes.iiij.C.viros cū mulieribus ꝙmultis iuxta
littus eſſe cōſpeximus/qui vt de prioribus habitū eſt om̄s nudi
meantes/corpe ſtrenuo erant/necnō bellicoſi plurimum validiq;
apparebāt/cum ſiquidē om̄es armis ſuis arcubus videlicet ⁊ ſa-
gittis lanceiſq; armati eſſent/quoꝝ quoq; cōplures parmas etiā
quadratau e ſcuta gerebāt:quibus ſic oportune ſeſe ꝓmuniebant
vt eos in iaculādis ſagittis ſuis in aliquo nō impedirēt.Cūq; cū
phaſelis nr̄is terrę ipſi ꝙtus eſt ſagittę volatus appropiaſſemus
om̄es citius in mare ꝓſilierunt:et infinitis emiſſis ſagittis ſeſe cō
tra nos ſtrenue (ne in terrā deſcendere poſſemus) defendere occe
perūt.Om̄s vero ꝑ corpus diuerſis colorib⁹ depicti ⁊ varijs vo
lucrum pennis ornati erant/quos hij qui nobiſcū venerāt aſpici-
entes:illos ad pręliandū paratos eſſe quotiēſcūq; ſic picti aut aui
um plumis ornati ſunt nobis inſinuerūt.Intantū aūt introituz
terrę nobis impedierūt.vt ſaxiuomas machinas nr̄as in eos co
acti fuerimus emittere:quaꝝ audito tumultu impetuq; viſo:nec
nō ex eis pleriſq; in terrā mortuis decidiſſe ꝓſpectis/ om̄es in ter
ram ſeſe receperūt.Tūq; facto inter nos cōſilio.xlij.de nobis in
terram poſt eos cōcordauim⁹ exilire:⁊ aduerſus eos magno ani-
mo pugnare qđ ⁊ quidē fecimus.Nā tū aduerſum illos in terraz
cū armis nr̄is ꝓſiluimus/ꝯtraq; illi ſic ſeſe nobis oppoſuerūt:vt
duab⁹ ferme horis ꝯtinuū inuicē geſſerim⁹ bellū/ꝑter id ꝙ de eis
magnā facerem⁹ victoriā/demptis coꝝ ꝑpaucis quos baliſtarij co
lubrinarijq; nr̄i ſuis interemerūt telis:quod idcirco ita effectū eſt
quia ſeipſos a nobis ac lanceis enſibuſq; nr̄is ſubtiliter ſubtrahe

